



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Confessionibus Ritè ac fructuosè excipiendis Doctrinas  
tam generales, quàm speciales ad varios Hominum Status  
accomodatas complectens**

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

Remedia contra Superbiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49251](#)

specialiter sunt secuta proponere, quæ proinde confessarii  
memoria habere debet. Quia vero junioribus Sacerdotibus  
non semper ad manus sunt, & ut supradicta remedia particuli-  
distinctius cognoscant, atque adeo facilius applicare possint  
in eorundem gratiam pro quovis vitio capitali (ad hanc em-  
cætera ferè revocantur) similia remedia annotare placet.

*Remedia contra Superbiæ.*

I. Sæpe perpendere jubeat, quæ abominabilis DEO est  
superbia. Id colligere poterit tum ex S. Scriptura ubi dicitur,  
abominatio est Domino omnis arrogans; tum ex SS. Patribus  
ex quibus S. Chrysostomus dicit: Nihil longius nos abamo-  
re DEI abducit, nihil tam facile in gehennam intrudit, quam  
superbiæ insaniam; tum ex pœnis, quibus DEUS superbos casti-  
gavit, præcipue Luciferum, Pharaonem, Nabuchodonosorem,  
Holofernem, Aman, Clericum, qui fulgoreo ens per-  
cussus est, quia falsam dixit esse sententiam illam: Omnis qui  
se exaltat, humiliabitur: Simonem de Torniaco, qui qua  
scientiâ sua nimirum inflabatur, horribili plagâ percussus est,  
& omni scientiâ privatus. Eliam Vicarium Ordinis S. Fra-  
ncisci, qui superbiâ suâ Angelum fugavit, & omnino apesca-  
vit: & tandem Eremitam, qui in agone constitutus Lamen-  
tose prætulit, & damnatus est, uti legitur in Spec. Exempl. d. 1.  
Ex. 9. tum denique ex genere furti, quod commitit, furatur  
enim DEO rem pretiosissimam, quam soli sibi referuntur.  
(alteri enim, inquit, gloriam meam non dabo) furatur summo Regi ac Domino, furatur insipienti, furatur rem sacra-  
& ad solum DEUM pertinentem, furatur post veniam, non  
semel, sed saepius concessam.

II. Jubeat meminisse, quid fuerit, quia sperma for-  
dum: quid sit, quia vas sterorum: & quid futurus sit, quia ei-  
vergium; hoc remedium Angelus Liffardum à superbie tem-  
tatione liberavit, uti videre est in Spec. Exempl. d. 6 ex 27.

III. Indaget causas superbie, & ostendat, quam  
quam habeat causam inde superbendi. Hinc si ob divisa  
superbiat, querat ipsum, an putet, cum justè superbire  
aliquis Princeps Quæstoris aut Thesaurarii officium comi-  
ret? vel qui jam laqueum in collo haberet ad suspendendum  
candum: vel cui cum aliis per lutum incidenti plus im-  
ponit?

sordidae terrae adhæreret? vel qui præ aliis difficilem aditum  
 ad aulam regiam, & beneficia ibidem capienda haberet? at qui  
 haec omnia, ut ex S. Scriptura colligitur, divitibus accidunt,  
 incident enim in laqueos diaboli, & in multa nociva deside-  
 ria, quæ homines mergunt ad interitum, & difficile ipsi est  
 introire in regnum cælorum. Si ob formæ elegantiam super-  
 bit, querat, an putet justam causam superbieri esse, si vas  
 scorum pulchro colore, aut vestibus pretiosis ornetur? aut  
 si sepulchra, quæ intus plena sunt fœtore & ossibus mortuo-  
 rum, exterius eleganter depicta & dealbata appareant? at qui  
 his vasibus & sepulchris formosi similes sunt. Huc poterit fo-  
 ditas Isabellæ Regina Hispaniæ demortuæ conducere, quæ B.  
 Borgiam Duxim Gandiæ movit, ut deserto mundo Religio-  
 nem ingredieretur. Si ob scientiam quis efferatur, querat il-  
 lum, an judicet, eos Concionatores vel Professores meritò su-  
 perbire, qui totam concessionem, vel lectionem de verbo ad  
 verbū ex alieno Authoris libro descripsérunt, & publicè de-  
 clamárunt, vel discéparunt? at qui omnis scientia humana ex  
 libro increato Sapientiæ Divinæ desumpta est. Aut, an judi-  
 citer, eos l'opulos, quibus sol citius aut pleniùs oritur, aut qui  
 lumine ab alio accepto, iterum lumen illud alteri communi-  
 cant, meritò se aliis præferre: tales autem sunt homines docti,  
 qui illam duntaxat scientiam habent, & alijs tradunt, quam à  
 DEO acceperunt. Suadetur, ut legatur ex Thom. Kemp. I. r.  
 c. 2. & illa sententia præ cæteris bene perpendatur: quanto  
 plus & melius scis, tanto gravius inde judicaberis, nisi san-  
 ctius vixeris. Si ob dignitatem superbuit, querat, an caminos  
 merito superbire putet ex eo, quod altiores sint reliquis do-  
 mīnus partibus? aut Actorem, si mutuatis vestibus Personam  
 Principis agat? an navis à tempestate & fluctibus liberior sit,  
 & speculum Aquilæ aut Victoriae titulum habeat? an major  
 dignitas apud Mendicos ( quales sunt omnes homines ) in  
 honore & estimatione esse, quam apud DEUM? haec omnia  
 autem videbit in Magnates convénire. Adde, quod honor,  
 i ob divinitate, qui illis exhibetur, non referatur ad illorum Personam secun-  
 dum se spectatam, sed quatenus DEUM repræsentant. Unde  
 dicere sibi deberent, quod quondam Agaso mulo Isidis Deo  
 natuam portanti, & quod homines coram se in genua proci-  
 tre videret, superbienti, latuus ejus baculo tundens dixit:  
 B. 2. Non

Non tibi, sed Isidi, honor iste defertur. Denique si ex sanctitate oriatur superbìa, quærat, an is, qui centum milia lensorum deberet Principi & unicum tantum obolum solvisset, meritò superbiret? atqui si omnes actus Sanctorum extremus, nec obolum quidem solvissemus juxta ipsius Christi Timoium dicentis: Cùm feceritis omnia, quæ præceptui vobis, dicite, Servi inutiles sumus. Item quærat, an mem superbiret Adolescens, qui ex mille constructionibus una sine folœcismo fecisset? atqui ex mille operibus nostris unum nœvo caret.

IV. Hortetur, ut Christum Crucifixum semper obulos habeat, & quasi dicentem audiat: Discite à me, qui misericordiam, & humilis corde.

#### Remedia contra Avaritiam.

I. Jubeat considerare malitiam avaritiae; nam evanescere nihil est scelestius, teste Ecclesiastico, & juxta S. Paulum avaritia est simulacrorum servitus. Item radix est omnium malorum cupiditatum, quam quidam appetentes erraverunt in fide; & inservierunt se doloribus multis. Tales incidentia laqueos diaboli, ut experti sunt infelix Judas, Giezi, & Facio ille, cuius cor post mortem inventum est in arca, ut & illi, qui pecuniam lenti inaspersam devorans suffocatus est: item Reginherus Misniæ Episcopus, qui in cubiculo inventus clamor tuus ruptis cervicibus thesauro suo incubans. Item dives, cuius anima à nigris Equitibus ad tartara raptata est.

II. Considerare jubeat vitæ brevitatem, illaque Christi verba sibi applicare: Stulte, hac nocte animam tuam repente a te, & quæ parasti, cuius erunt? an non stultus esset, qui in Indiam proficisciens, & mox reversurus, ibi palatia exstruxeret, aliásque opes, quas inde auferre non licet, congereret? ut si totus esset in iis opibus comparandis, quas sciret in partibus nihil aestimari? an non stultus foret Viator, qui itinere prope absoluto de magno viatico cogitaret? atqui haec omnia avari faciunt.

III. Hortetur ad veras divitias, scilicet bona opera virtutes, comparandas; quas neque fures effodiunt, nec timeant demolitur, nec ærugo consumit; quæ ad omnia sunt utilia, quibus vera beatitudo & regnum cœleste emitur; quæ facilius labora.